



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expositio mysteriorum misse et verus modus rite celebrandi

Guilelmus <de Gouda>

Dauentrie, 1504

Seq[ui]tur versus siue potius psalmus

urn:nbn:de:hbz:466:1-31233

ris et exiit de sinu patris naturam nostre mortalitatis induens, aspsus
suis cinere, carens veste, nudus pedes, flens et ciulans quod damnatus
ego seruus. Sed pater misericordia motus ex ineffabili charitate
tradidit pro me filium suum unigenitum dicens mihi, Accipe filium
meum et da eum pro te, filius vero qui perpetua charitate me dilexit mihi
dixit Accipe me et redime te, et da me pro te. Etiam pater misericordia mo-
tus propter nimium desiderium et clamorem patrum et prophetarum in limbo, et preci-
pue beate Marie virginis affectum. Nam in aduentu angeli eam salutantis
inclinatis genibus, et eleuatis puris manibus erectis in celum oculis ad pa-
trē misericordiarum totam in deum eleuatam per incarnationem sui filii deuotissi-
mas preces cum lachrymis fuisse credimus; ut dicit Albertus magnus
Mirum igitur altissimus filius ab arce patris ad virginem Mariam ad-
maximam et extremam humilitatem, quod deus quo nihil est sublimius con-
iungit limo nostre mortalitatis, quo nihil est vilius. Intrauit in uterum
virginis Marie in quo homo factus est instar pomelli noue recevit me-
sibi costrictus et puolutus. Etiam ut alter sampson in spose sue gremio
ex nimio amore infatuatus fortitudine sua puutus est, et hoc notat in-
troitus misse id est hostie siue filii dei missio in utero virginis

¶ Sequitur versus siue potius psalmus

Versus, quod puer exiit se ab utero matris et venit in mundum et cogita
quod christum videas nascentem ex utero virginis in nocte, quod puero nato in di-
uersorio de virgine Maria in stabulo fetido iacenti, et membra sua ex
frigore contrahenti. Iuxta illud psalmus. Et factus sum sicut vter in pruina
angeli psallebat, et Maria ipsum adorabat, et lacte suo ipsum nutrebat.
Et nota merito patri et filio et spiritui sancto gloriam inferimus, dicentes
coiter gloria patri, eo quod incarnationem filii operati sunt pater filius et spiri-
tus sanctus, ideo stabimus nos tremuli eiusdem inclinantes. Sicut erat in prin-
cipio etc. Dic nota pius lachrymas quas christus infans mox natus
pro peccatis nostris emisit, deplorans miseriam humane conditionis, et sic nulla vi-
detur ei competere gloria que est clara cum laude leticia, et tamen est sibi gloria, si-
cut erat in principio, ita nunc et semper et in secula seculorum, quod fuit comprehensor et
viator. Etiam pius lachrymas pro nobis emisit; ut nos in suum accenderet
amore. Que mater panis inuoluens, et stricta ligans fasciā, vberibus, la-
ctis virginem in psepio reclinauit. Cogita quod Jesum in psepio videas sa-
centem et vagientem.

¶ Repetitio introitus

Nota circumcisionem que facta est die octaua, eo quod octaua dies
est repetitio prime diei. Vic mente considera paruulum Jesum
in moerore eternum dei verbum pro dolore vulneris circumcisionis miser-
rime vagientem. O quanta compassione viscerum et effusione lac-
chrymarum virgo mater nitebatur blandiri paruulo. Et ipsum plo-
rantem consolari. Et consoueri vberibus et sanctis brachijs patris